

Justa memoria ac piis  
manibus viri... dn. Eliæ  
Tillandz, ... ipso die  
exequ...

*1 Ic 1693 Tillandz, Elias*



National Library  
of Sweden

*Finland*

JUSTA

Memoriæ ac piis manibus

VIRI

AMPLISSIMI EXPERIENTISSIMIQUE,

D<sup>n</sup>. E L I Æ

SSSSSSSS/

Medicinæ Doctoris, atque XXII. & quod ex-  
currit Annos, Professoris Academiæ Aboensis,

Nec non

Per Magnum Ducatum Finlandiæ Practici  
Celeberrimi,

*Ipso die Exequiarum 6, Aprilis Anni M DC XCIII.*

*facta & soluta*

COLLEGIS & PROFESSORIBUS  
ABOENSIBUS.

85

13



## EPITAPHIUM.

HIC. SITUS. EST. ELIAS *ELIANDS*.  
QVI. A. PRIMA, USQVE. ÆTATE.  
PER. OMNEM. ERUDITARUM, ARTIUM. CULTUM, DUCTUS.  
MEDICINÆ. SE. DEDIT.  
ATQVE. IN. EA. IMPROBO. LABORE. ITA. PROFECIT.  
UT. PRÆMISSIS. EGREGIIS. SPECIMINIBUS.  
ET. LEGITIEMO. EXAMINE. GRADUM, IN. CELEBRRIMA.  
LUGDUNO - BATAVA. ACADEMIA. ADSUMSERIT.  
EANDEMQUE. HEIC. PUBLICE. DEINDE. PER. XXII. AN-  
NOS. DOCUERIT, AC. FECERIT.  
DE. CETERO. FUIT. VIR. VERE. BONUS. VERE. PROBUS.  
VERBA. NULLI. DEDIT. NEQVE. VENDIDIT.  
MODESTUS. CERTE. NEMINI. MOLESTUS,  
NISI. FORTE. IMPROBIS. ET. MALIS.  
DESIT. VIVERE. XVIII. PROXIMA. FEBRUARII. UT. INCIPERET.  
ERGO. LUGE. IPSUM. MORTALIBUS. ESSE. EREPTUM,  
NON. MORTALI-TATI.  
ÆTERNO QVIPPE. PERFRUITUR. GAUDIO.  
A. NULLO. AUFERENDO. A. NULLO. INVIDENDO.

*Optimo & Integerrimo  
Amico hoc qualecun-  
que pos.*

MATTHIAS SVEDERUS  
Jur. Prof. h. t. Rector.  
III.



In  
Obitum insperatum & Lugubrem, bea-  
tum tamen ac Gloriosum,

VIRI Clarissimi & Excellentissimi Domini,

Dn. ELIÆ TILLANDZII

Medicinæ Doctoris Experientissimi, &

In Regiâ hâc Academiâ Aboënsi ejusdem Pro-  
fessoris famigeratissimi, atq; undi-  
quaque Celeberrimi,

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

**N**lunquam Grecia, viribus virisq;  
Quâquâ prædita, itaq; bellicosa,  
Involsi ræiturnitatis atro  
Peplo siverat Aonas celebres,  
Aut Musas Clarias, sacrasve Delphos,  
Tandem Pæonia veti artis usus,  
Non Hippocraticas silere laudes,  
Aut encomia supprimit sinebant,  
Quis famam meruit suam Galenus.  
Tales Ausonii, & pares Britannis  
Galli, Belgica gens, quoq; Allemanni,  
Imò Sarmaticiq; adhuc Poloni.  
Horum nemo feret, sui & suorum,  
Laudes promeritas sibi negari.  
An TILLANDZius, inclitus Machæon  
Oris Finnonicis, tot inde ab annis  
Ingens Asclepias sciensque Chiron,  
Hâc fraudabitur hinc suâque laude,  
Quâque hanc præripuit nec ullus ipsi  
Palmam, quâ fuit artifex medendi,  
Quâ gnarus quoque disputationum.

Hic Herbarius omnium peritus  
Herbarum fuit, arborumque terre,  
Quin hinc deniq; fructuumq; in hortis:  
Hic gnarus fuit, ossa quâ & medullas,  
Quâ nervos rigidosque tumque venas,  
Cunctarum simul usque sectionum:  
Hic magnus quoq; Pharmaceuticorum  
Doctor, dein operarius celebris,  
Omni in parte scientiæ probatus:  
Semejoticus ipse talis inde,  
Ut prædicere sæpe mortis horam  
Posset, noscere & orta signa vitæ:  
Hic demum Chymicæ rei Magister,  
Novit pharmaca prompta de metallis  
Concretisq; aliis parare terris,  
Reddens corporis inde sanitatem.  
Non Hippocrate, nec minor Galeno,  
Hic TILLANDZius est fuitq; noster;  
Longè major at ex fide tenaci  
Christi iustitia, resarcientis  
Nobis quicquid inhaeret usque culpa.

Memoriæ Defuncti reliquit  
PETRUS LAURBECCHIUS,  
S. S. Th. D. & Prof. Ord.

IN OBITUM INSPERATUM

AT PIUM & BEATUM,

*Viri dum viveret, Eruditione & multa experientia Excellentissimi*

**Dn. ELIÆ TULLIANDI**

Medicinæ Doctoris & in inclutâ Academiâ Aboensî ejus-  
dem Facultatis per 23. annos Professoris celeberrimi, & nunc  
in tota Provincia desideratissimi, Collegiali & amicitiz sincera  
fide conjunctissimi, suavissimi :



*lccine terrestris pertesus stamina vita*

*Tam propere scindi Doctor amande finis !*

*Qui certus toties, artis medicamine doctæ,*

*Faucibus è mortis sat revocare fuit,*

*pulpita nunc linqvit nostri turbata lycei,*

*Ad cœlos properans, mortuus ecce iacet !*

*Qui fuerat vita faber inclytus omnibus unus,*

*Solus & in medico gloria certa choro,*

*Huic alii nullâ possunt ratione mederi,*

*Aut fati optatas amplificare moras !*

*Sic sua quemque manent fata: inclementia lethi*

*Sic quoque vastantis parcere dura nequit.*

*Serius aut citius mors ultima linea serpit*

*Surda audire pias vota precesq; ferox.*

*Ergo tuum doleas custodem Finnia vita*

*Tam promptum subito sic obiisse diem*

*Quis tibi miscabit salubria pharmaca post hæc*

*Atque tibi medicam mittere pergat opem ?*

*Hac igitur lætus nostri signacula tanto*

*Tristia, qua tumulo do tuus alter ego:*

*Hic jacet extinctus medicorum gloria, certo*

*Exemplo ostendens, quid medicina valet,*

*Scilicet haud poterit cœli decreta movere:*

*Quodq; abeunte TULLIANDI Pharmaca spreta jacent !*

*Inter lacrymas & singultus subito scripsit.*

**JOHANNES FLACHSENIUS**

S. S. Th. Prof. Ord.

**A**rtem Pœoniam Docti, dixere, molestum  
Esse ministerium triplex, veteres sapientum:  
*Jucunde, tuto subito, medicamine morbum*  
Atrocem ut pellat, prompto, reddatque salutem.

Tergeminis talis tollendus honoribus omni  
Tempore erit, qui sic Medicinam afferre salubrem  
est potis, & sœvum, medicando auferre dolorem.  
Jecirco quædam constant, quam, pluris emuntur:

*Accipis à Medico rem quam pendis potiorem*

*Auro Dalmatico: vitam tutamque salutem.*

*Consequeris sensus à Præceptoribus omnem*

*Ornatum, mentisque tue per Pallados artes.*

*His igitur pretium rei non persolvitur amplum,*

*Ast opera tantum, quia deservire laborant*

*Nobis, dum prætermittunt sua munia Obire*

*Propria, mercedem meriti non prendere possunt;*

*Temporis at saltim quod nostri impendere causâ*

*Non desistunt in orbi cruciatibus ustos.*

Hos inter cautos, illustres atque sagaces

Artis Apollinæ sectatores numerandus

Est **ÆP. PANDZ** / Doctor, ter felix, terque beatus;

Qui cum Cœlicolis cœli fulgentia templa

Incolit, & contemnit opus mirabile Mundi.

Ille Machaoniâ fuerat quod clarus in arte,

Nescit non aliûs quam castæ Palladis experts.

Quomodo doctrinam spectatam artemque medendi

In morbis crebris tollendis, tota loquatur

Urbs, demonstravit, non infiteatur amœni

Incola ruris, enim Doctorem quilibet ardet.

Sed quid ego Dicam? Numen post, ille tremendum,

Non raro memet Morti lethoque propinquum

Sanavit, diros angores abstulit atque.

Pro meritis tantis non præmia reddere possum

Debita, cum vivens est averfatus id omne  
Quod pro promeritis voluit dare grata voluntas,  
Ergo vale Pæon, Chiron, & fide Melampe,  
Hippocratis Studiis affvete, tonantis Olympi  
Hospes, fidereos axes in secula habeto!

*In memoriam pie defuncti Domini*

*Doctoris festinatim scripsi*

SIMON TALEPO

Log. & Metaph. Prof. Ord.

---

IN ORBITUM  
VIRI PRÆCELLENTIS,  
Dn. ELIÆ TALEPO  
Doctoris Medici Experientissimi,  
EPIGRAMMA.

---

Hic est ille,

Et ille hic,

Qui

Morbos aliorum expulit, dum suos attraxit,  
Vitam, quam adseruit aliis, ipse deseruit:

Sæpe & Semel:

Expellendo attraxit,

Adserendo deseruit.

Dominus & servus,

Doctor & discipulus,

Medicus & ægrotus,

ELIAS TALEPO

Physicus, Physiognomus,

Patheticus, Diæticus,

Therapeuticus, Anatomicus,

Vere Medicus.

Morborum Dominus, morbidorum servus,

Aliorum Doctor, sui discipulus,

Ægrotis Medicus, sibi ægrotus,

*Æsculapium imitatus & magnum ELIAM:  
istum per bona naturæ,  
Hunc dona gratiæ.*

Sed

Erat, quod amplius non est,  
Est, quod ante non erat:  
Dominus, non servus,  
Doctor, non discipulus,  
Medicus, non ægrotus:  
Ille per DEi gratiam,  
Iste per disciplinam,  
Hic per exemplum.

*Dolenter erexit*

A. WANOCHIUS

---

IDYLLIUM EXEQVIALE.

In Funus

*VIRI Amplissimi & experientissimi*

**Dn. ELIÆ TULLIANI**

Doctoris Medicinæ, & ejusdem fa-

cultatis, dum viveret, Professoris in Reg. Acad.

Aboensi celeberrimi, etiam post cineres, ob do-  
ctrinæ amplitudinem, & fidei integra-  
tem desideratissimi



*Ulnera qui potuit, morbosque, & damna veneni  
Atque graves pestes, celebratâ sistere dextrâ,  
In quem jura neci dixisses nulla parata,  
Utpote qui didicit navos depellere læso  
Corpore, ceu Mortis matura spicula sælix  
In multis fregit, fausti medicaminis haustu:  
Hunc, superimpositâ, Letbi illatâbris ira,  
Falce metit javâ, nigras defertque sub umbras.  
Excellens Doctor TULLIANUS vitale relinquit  
Lumen, & innocua concludit tempora vite.*

*Hunc*

Hunc luget Pæon, celebris gemit arte Machaon,  
Quemque iuvant dextra similes Epidaurius artes.  
Luctisonas pariter dat voces, Syrmate pulla  
Turba novena simul, facilisque in carmina Musa,  
A qua facundos numeros intendere doctus,  
Sauciat, & crudum sociorum pectora vulnus,  
Queis dolet heu magnas se destituisse repente  
Spes. At tristia non sunt leviora dolendo.  
Erigat afflictas mitis patientia mentes!  
Nomen at occiduo nunquam, celebrabitur ejus  
Cultu. Prisca fides decus immortale parabit,  
Extendet famam virtus, doctrinaque clara.  
Hæc stabunt terris, melior pars spectat Olympum.

Quod supremi officii ergo  
gemebundus reliquit.

DAVID LUND/

Wem är som kan sig hålla ifrån Klagan/  
Hvem är som ett en Hiertlig Sorg man draga/  
Eå sådan Man sin ögon lagdt i blund/  
Som tig och mig/hög/låg/wål Man och Dwina/  
Ja gammal ung/ omistlig war all Timma!  
D Sorgligh Stund!

Ja särghligh Stund/ förmörkad Solestrimma  
Af Dwärs Mollu/ af Sårge Saturs Dinna;  
Som hån har rucht/ then för tin weka Kråpp  
Af wakand månd sin egne Krafter öda  
Men tigh ther mot medh oförtrutin Möda  
Städz wachta opp  
Man

Man har lell' trodt / at den som kunde hielpa /  
Mång tusend Ann / hwars Hålsa syntes sielpa  
Skull' lækia sielf sin egen Siukdoms Qwahl:  
Men twert emoot man såledz kunnat tänckia /  
Eå är nu skedt / ty han sigh lätit sänckia

I Dödzens Dahl

Hwadh är nu mehr! den alla Lækboms Brunnar  
Har grundat uth och alt hwadh floke Munnar  
På Gorden talt / månd låsa / höra / see  
Och ån hwadh i sitt Sköt Naturen höllier  
Förstådt / ja sedt hwadh Lækie-Konsten döllier

Han är ej mehr.

Ach! hwadh ån mehr! det blir medh allo sannat /  
Alt all Ting är Fåfångligheet / ej annat /  
Hålst hwadh här måst nu sökz af Mammons Barn.  
Then Skatt / det Guld / som nu så efterstråfwas /  
Then Macht / ther af en sigh så högt förhåfwer

Är idel Skarn.

Fast bättre är the Skattar sigh förwårfswa  
Som nu hoos Gudh den Sahlig Herrn mån årfswa.  
Ther roor han sigh ther hwylar sigh thes Siäl.  
Ja les och ther medh Himmelsk Frögd och Löje /  
Medh Hiertans Lust och ousågligh Nötte /  
Les säll och wähl.

Dhen sählige Herr Doct. til Skyldigst Amin-  
nelse emor många åhredde Wål-  
gärningar lämna i Hastigheet detta

MAGNUS SEEN.

B

MEMO-

1693.

MEMORIÆ  
CANDIDISSIMI SENIS  
&  
Medicinæ Doctoris Desideratissimi.



*E*rgo festinas iter ad supremum,  
O Decus nostrum, gradibus citatis!  
Mœsta nec, terras fugiens, moraris  
Verba vocantùm!

*Elere quid primum mea vis Thalia?*

*An verecundum Pietatis instar?*

*An magis tentas animi capacis*

*Plangere dotes?*

*Quippe qui rerum penetrare causas,*

*Atq; scrutari valuit recessus:*

*Nullius servus; ratione pensans*

*Verba Magistri.*

*An tibi multus labor est canendus,*

*Quem novem dudum celebrant Sorores,*

*Scripta dum voluit veterum Medentùm*

*Prosper Alumnus?*

*Scilicet quidquid docuit Machaon,*

*Quod valens aut Hippocrates in arte,*

*Quodq; naturam retgens, Galenus*

*Sensit in herbis;*

*Cuncta Doctoris patuere curis,*

*Nec fefellerunt oculos Secantis*

*Mille Maandri, cute sub latentes*

*Corporis hujus.*

Ille morborum referavit ortus:  
Nec magis praesens adhibebat alter  
Pharmacum. Testes eritis, probatum

Quisquis amastis.

Artis est hujus fuit omnis usus!  
Et medens virtus, aliis salubris,  
Incipit sventas, Domino indigente,

Perdere vires!

Candor an mentis memorandus alma est,

Nescia fraudum, scelerisve nigri,

Quaeve fallacum malesana jactat.

Scommata lingua?

Quisquis absentis temerare famam

Ausit, & nomen minuisse amici,

Fœtuit nostro. Stetit illa virtus

Pectore fixa.

O senex inter superos beate,

Sunt tuis isthaec meritis minora:

Nec meus laudes tenuare tantas

Barbitus audet.

At licet noster calamus quiërit

Non tamen tempus reticebit nllum.

Nos, quod est nobis licitam, notemus

Carminè saxum:

Hic jacet T. R. RUDEEN / Medicus Celebris: I

Cui suus Candor sociatus arti

Nomen in terris peperit perenne

Dum rotas orbis.

Hoc quaecumque properan-  
ter consecrabat

T. RUDEEN.

Poët. Prof. Ord.

OCCASUM

*Consummatissimi Medici*

Domini Doctoris ELIÆ  
E L E A N D E R

Professoris artis, in Acad. Ab. celeberrimi,  
Occidit heu! Doctor Medicus, Vir factus  
ad ungvem,  
Finnia quem luget: non ulla ciconia pinxit.

*Hicce paucis sed ex ani-  
mo mæret*

CHRISTIERN ALANDER.  
El. Prof. Ord.

---

Nasci, vivere, mori,  
Initium est, progressus est, finis est,  
Imò si mavis, compendium quidem est illius fabulæ  
compendiosissimum,  
Quam,  
Intra axes utriusque poli capacissimos,  
Intra circulum hujus amphitheatri spatiosissimum,  
Haud saltem circa flebilem suum in hanc lucem introitum,  
Aut circa fugacem in hac fragilitate commorationem,  
Sed etiam circa fatalem suum ab hac ærumnarum valle exitum,  
Per omnium seculorum memorias,  
Hodieque peragere sœvit,  
Humana mortalitas:  
At,  
bene nasci, bene vivere, bene mori,  
Quod quadantenus à singulari naturæ dependet beneficio,  
Non

Nonnihil quoque ab uberiori fortunæ liberalitate resultat,  
Maxime verò à cœlesti divinitatis gratia promanat,

Hoc opus ! hic labor !

Qui autem triplici hujusmodi felicitatis caractere insigniri,  
Qui trimembri hocce omnis beatitudinis complemēto ornari,

Desiderat, amat, discupit;

Exemplo ei sit prorsus præclaro,

Olim incola orbis, nunc cœli,

Olim collega Parnassi Auraici, nunc sanctorum socius,

Olim Galeni æmulus, Hippocratis cultor,

Doctorque Medicinæ famigeratissimus,

Nunc Deitatis Comes, Angelicæ majestatis confors,

**Dn. ELIAS TULLIANDI**

Qvem,

Ad superna S. S. trinitatis habitacula,

Ad magnificentissima cœlorum palatia,

Opinione celerius, expectatione maturius,

Sed DEO & sibi satis maturum,

Atra mortis non ita pridem transmigrare jussit truculentia,

**I L L U M,**

Patria sua & parentes celebritate ditarunt insigni,

Gnava juvenilium annorum cultura expedita muniebat

promptitudine,

Curiosa imperiorū, regnorum Rerum publicarum perlustratio

Experientia grandi,

Academiarum totius fere Europæ summo cum fructu aditus,

Sapientia robustiori,

Linguarum varietate,

Prudentiæ opibus,

Abunde cumularunt :

**I L L U M,**

Regia quapropter Majestas,

Honoribus amplis, officio percelebri,

Virtus in meritorum præmium,

Gloria

Gloria & felicitate,  
Mitiora denique fata immortalis animæ privilegiis,  
Nec non nominis ac famæ æternitate,  
Ita dignum judicarunt,  
Et vero aliter nec potuerunt,  
Ut

Veritatis buccina nunquam ejus fiat immemor elogii

Quod,

**ELIAS TILLANDZ**  
Favente cœlo natus est, gloriose vixit, beatissime obit.

J. MÜNSTER.

---

OBITUM

VIRI

Dum viveret

*Amplissimi & Experientissimi*

**Dn. ELIÆ TILLANDZ**

In Regia Acad. Aboensi Med. Theoret.

& Pract. Doctoris & Professoris longe dignissi-

mi & laudatissimi hisce paucis

deflet.



*Iccine jam pergis, Tillandz celeberrime Doctor,  
Linguere languentes, quos fugit alma salus,  
Desinis & multos multorum frangere morbos,  
Qui facili cura convaluere tua,  
Hec hominum sors est, hic est quem tangimus omnes  
Finis, quem nobis non superare datur.*

Te

*Te multum gaudens exceptit Finnia nostra,  
Artem dum medicam sic meditatus eras.  
Quod poteras felix grandi sermone docere  
Quid Medica ops valeat, munia magna gerens  
Ast te cum videant, fatales claudere luces  
Omnes jam merito, nunc abiisse dolent.  
Ergo vale Doctor Medicorum gloria magna,  
In caelis vivas, sic bene tutus eris.*

GABRIEL THAUVONIUS.

Facult. Phil. Adj.



En som IJEL- Siö och LAND fast många  
Orter skadat  
Den som till egit Loff/ och mängens Nytt  
war/  
Han under denne Steen för sigh en Hwila  
taar/

Hielp Himmel at du oss sliff Sorge- Påst har båda /  
Dch låtit Lande stå i stoor en krankhees Wada.

I ty man i så hård en Tydh wår Doctor mist  
Dch många många stält uti sin helsas Brist /  
O hwem skall oss doch nu i detta fallet råda?  
Her IJEL- LAND war en man hvars Namn man icke

Hans Lärdom / Sligt och Konst dhe doch i Minne stå  
Fast än hans trötta Been i mörck en Hydda gå  
Vindoch hans hela Kropp på Jorh och Stofft nu gömmer.  
Så har doch Stålen fått en oförlifli Frögd /  
Medh hwilken Låke- Dryck han ewigt å förnögd.

Bre-

BREVIUS.

QVI terras multis lustravit pervigil annis,  
Jam gleba condit viscera casta levi,  
ET ERANDUM dum vixit Medicus fuit arte  
peritus.

Cælica nunc captat gaudia, crede: fuit.

*Quod in Memoriam Excellentissimi  
Doctoris L. Mg. apposuit.*

DANIEL HABER,  
Conf. Ab. Not.

